



Universitätsbibliothek Paderborn

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicationem Pagina
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Tribunal Conscientiæ Per Varias
Examini Industrias seipsam dijudicantis, Tendentibus ad perfectionem,
præsertim Religiosis accommodatum

Druzbicki, Kaspar

Ingolstadii, 1732

VD18 90066413

Industria I. De Examine Conscientiæ generalis, deque usu illius ex doctrina
S. Ignatii, Fundatoris Societatis Jesu.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45441

G: Dr. C.
 Bicki
 Operi 128.
 Tom. 115
 N: V
 58

4

Industriae

- 2. *Ex parte sui ipsius.*
- 3. *Ex parte aliorum.*
- 4. *Ex parte Examinis ipsius,*
Ratio Examinis super ea quae homo spiritualis in
ordinaria prosequi, & facere debet.
 - 1. *Ex parte DEI.*
 - 2. *Ex parte sui ipsius.*
 - 3. *Ex parte aliorum.*

INDUSTRIA I.

De Examine Conscientiae generali, deque usu illius,
ex doctrina S. IGNATII Fundatoris Socie-
tatis JESU.

Non possum ullo modo committere, quin
 Examinis Industriam Primam, à San-
 ctissimo Fundatore Societatis JESU con-
 scriptam, & traditam, hoc loco, aliis omni-
 bus praemittam, non tantum ideo, quia est
 tanti viri inventum, sed etiam quia est omnium
 aliarum de Examine adferendarum Industria-
 rum fundamentum ac norma, ita ut omnes quae
 sequentur, sint quodammodo ejus, & partes,
 & imitationes. Sanctus igitur IGNATIUS in
 libello Exercitiorum spiritualium, à Sede Apo-
 stolica approbato, per Bullam Pauli III. quae in-
 cipit; *Pastoralis Officii cura* &c. editam Anno
 1548. die ultimo Julii. cum duplex Examen
 Conscientiae statuisset, Generale unum, Parti-
 culare alterum; Generalis Examinis, hunc,
 quem, ipsius Sancti Verbis, subjungo, modum,
 quinque particulis seu punctis comprehendit.

I. Part.

Examinis Conscientiæ.

§

I. Punctum est. Domino Deo nostro pro beneficiis gratias agere.

II. Punctum est. Pro cognitione & expulsionione peccatorum gratiam flagitare.

III. Punctum est. De admissis præsentis die peccatis rationem ab anima exigere per horas singulas, ex quo surreximus, vestigando, & primò quid circa cogitationem, deinde circa loquelam, atque operationem.

IV. Punctum est. Poscere veniam de delictis.

V. Punctum est. Proponere cum Dei gratia emendationem, & orationem Dominicam post omnia dicta recitare.

CIRCA hoc S. IGNATII Examen observandum est, illud; Generale idèd vocari, ut à Particulari distinguatur, de quo inferius Industria 2. erit sermo. Particulare quippè contra unum particulare vitium pugnat. Generale autem contra omnia, unde illud tantùm uni vitio particulari attendit, hoc omnibus; indeque nomen utrique datum est. Observandum præterea est illud, quòd in prædictis quinque punctis lateant alia, quæ oportet cognoscere & servare. ut e. c. in quarto puncto, in quo venia delictorum poscenda præscribitur, latet insuper eorum detestatio, de iis coram Deo confusio, de iis dolor, &c. Ex quo observandum ulterius in Conscientiæ examine Generali fermè hæc includi, atque etiam agi posse. 1. est; Agere gratias. 2. Lumen à Deo petere. 3. Peccata commissa, cogitatione, verbo, opere, omissione vestigare. 4. Eorum occasiones, radices, causas indagare. 5. Ea detestari. 6. De iis confundi

A 3.

7. De

12:
cet:
III

alis in ju

se illia,
ocie-

ere, qui
à Sari
su con
s omni
quia est
mnum
dultria-
nes quæ
partes,
IUS in
de Apò-
quæ in
n Anno
Examen
, Parti-
hunc,
nodum,
tendit.
I. Pun-

7. De iisdem ex animo dolere, atque contem-
 8. Emendationem seriam individuamque pro-
 ponere. 9. Eadem aliqua ratione punire. 10.
 Veniam postulare. 11. Eadem vitare. 12. Ea-
 dem oppositis actibus virtutum frequentatis
 supplere. Quæ omnia si in examine servaren-
 tur, aliquantò, quàm solet exactius, nullum in
 nostris mentibus posset esse vitium diuturnum,
 & annosum, atque ita nulla nobis ad perfectio-
 nem via esset difficilis, quin imò nulla nobis esset
 facilior, quàm ista examinis.

Observandum præterea ex omnibus exami-
 nis Punctis, nullum esse observandum accura-
 tius, quàm peccatorum detestationem, de iis
 confusionem, dolorem, & emendationis pro-
 positum. Etsi enim omnia Puncta sint utilia ac
 necessaria, hoc tamen quod retuli, est omnium
 utilissimum, & præstantissimum, atque ad ani-
 mum à vitiis peccatisque liberandum ac purgan-
 dum efficacissimum; adeò ut si hoc bene ac-
 curatèque fiat, non sit possibile, ut aliquod in
 nostris mentibus vitium resideat. Atque hic
 est fons & caput, cur nos, qui, tot in dies Exa-
 mina facimus quique tam familiarem, nec sanè
 ut nobis videtur negligentem usum examinis
 habemus, tantis tamen, tamque diuturnis vi-
 tiis & vitiorum actibus quotidie obnoxii tene-
 mur: nimirum nulla alia est causa, quàm quia
 in eo, quod jam retuli puncto, parum valdè
 operæ ponimus, si enim plus poneremus, pro-
 fectò omne omninò vitium facillimè procul
 à nobis amandarem. Id quod etiam obser-
 vare licet in confessione peccatorum, ad quam
 dum accedere meditatur, præsertim qui id
 fre-

g. D. 1. 4.
 Bicki
 Operi 128.
 Tom 115
 N. V
 58

frequentius, & ferè cum venialibus (uti suppono) facimus, non aliud laboramus, quàm ut defectus in confessione exponendos, in memoriam nobis revocentus, aut scripto adnotemus, quibus habitis mox confessarium adimus, & confitemur non præmissa diligenti accurata particularique detestatione, confusione, proposito, nisi forte in contritionis aliqua formula usitata, quo etiam fit, ut statim post confessionem ad eadem vitia defectusque revertamur, fit inquam, ut cum iisdem imperfectionibus quas confessi sumus statim opera nostra & vitam nostram quotidianam transigamus, quod sane non fieret; si illa, quàm dixi, specifica particularisque defectuum detestatio confusioque & emendationis propositum fieret. Ea propter maximè conferem cuperemque esse commendatum perfectionis studiosis, & Examine Conscientiæ ad perfectum suum utentibus, hoc quod jam toties retuli Examinis Punctum. Hoc enim si fuerit, experientur examinis utilitatem maximam, aded ut nullum sint habituri familiaris in vita sua ad suumque perfectum exercitium, quàm hoc examinis. Sicuti etiam nullum revera esse deberet familiaris.

Observandum insuper examinis Generalis usum apud aliquos pios homines esse semel in die, apud aliquos bis in die, apud aliquos sæpius in die, apud aliquos in singulas horas, post singulas quasque actiones. Omnes hæ consuetudines sunt laudatissimæ, & ab hominibus spiritualis profectûs, negotiationisque lucriferæ cupidis exercendæ, eâ frequentia, quam ratio, quam unctio, quamque spiritualium magistrorum

12:
cet:
III

rum consilium dictaverit, hic ego nihil definio, aut præscribo hac in re aliud, quàm hoc unicum. Examen Conscientiæ nunquam inutiliter fieri proinde quotiescunque fiet semper cum utilitate fiet, itaque quoties quis in utilitatem hanc optat, toties Examen faciat, & quantum quis utilitatem examinis optat, cum tanta diligentia examen faciat, facereque consuecat.

INDUSTRIA II.

De Examine Particulari deque observationibus in ejus usu.

PRæteritæ de examine Generali Industriæ subjungo hanc de examine Particulari, & quidem eam quoque desumo ex doctrina ejusdem S. IGNATII Fundatoris Societatis Jesu. Ille igitur de hoc genere examinis hæc observat. 1. Triplex tempus assignat huic examini!

UNUM Tempus est Matutinum quo debet homo, statim dum à somno surgit, proponere diligentem sui custodiam, circa peccatum, aut virium aliquot particulare, à quo emendari cupit.

ALIUD Tempus est Pomeridianum, in quo petenda est à Deo gratia ut reminisci possit ille, quoties in peccatum istud particulare inciderit, illudque in posterum cavere, deinde priorem faciat discussionem exigens ab anima sua rationem de peccato illo particulari, percurrens singulas à surrectione horas omnes, ad usque præsentem, quoties illud commiserit, totidemque

notis

G: D. 1. 4
 bicki
 oper: 128.
 Tom 115
 N: V
 88